

384 CASP. BARTHOL. l. 3.  
vocatam, refert Ovidius, qui Metamorph. lib. 1. vers. 690. & seq. exponit quomodo illa, ardentem à Pane Deo amata, ne virginitatem amitteret, in arundinem fuerit commutata, additque de Pane:

*Panaque, cum prensam sibi jam Syringa putaret,*

*Corpore pro Nymphæ calamos tenuisse palustres:*

*Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos*

*Effecisse sonum tenuem, similemque querenti:*

*Arte nova vocisque Deum dulcedine captum,*

*Hoc mihi consilium tecum dixisse manebit:*

*Atque ita disparibus calamis compagine ceræ*

*Inter se junctis nomen tenuisse puellæ.*

Fabulam illam repræsentare suspicor figuram, quam ex Thermis Vespasiani adducit Boissardus, & ego hîc subjicio,  
nisi